



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 245. Bedfordiæ Dux Iberium capit, & Gallos profligat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

rum, miserat quoque Mediolani Dux sex-
centos hastatos equites, & fere duo mil-
lia peditum, sed vix hæ copię advene-
rant, jam cæsæ fuerant. Unde Regis
potentia nimium labefactata fuit.

Sæcul. XV.

A. C. 1424.

§. CCXLV.

*Bedfordiæ Dux Iberium capit, &
Gallos profligat.*

Dux Bedfordiæ captis quibusdam ur-
bibus Iberium obsidet, moxque ci-
ves ad diem 20. Augusti deditionem pol-
licentur, nisi interea tam validam copia-
rum auxilium, ut fors Urbis prælii for-
tuna dirimi possit, submitteretur; Equi-
dem Connestabilis, Dux Alenfonius, alii-
que Belliduces adducunt subsidiarios mi-
lites; ast illi, cum prælium inire non au-
derent, Vernolium abeunt, rumorem
spargantes, quod Anglorum copias Ibe-
rium obsidentes fugaverint, ac deleve-
rint. Ementitæ hujus Victoriæ fama
territos Vernoliensis præsidii Præfectos,
qui sub Anglorum vexillis pugnabant, in-
duxerat, ut Vernolienses urbis suæ por-
tas Gallis aperirent; Sed paulopost Bed-
fordiæ Dux, capto Iberio, Gallos Vernoli-
lii castra metantes aggreditur, atque pro-
fligat, cæsis quatuor millibus & amplius,
captisque Duce Alenfonio, Marefcallo de
Fayette,

Sæcul. XV. A.C. 1424. Fayette, Ludovico de Gaucour, & plusquam trecentis aliis Illustribus Viris. Bukan Franciæ Connestabilis in prælio occubuit, & inter mortuorum strues inventi erant Comes Duglassius, & Narbonensis Vicecomes, cujus cadaver, quia cædis in Joannem Burgundum perpetratæ complex erat, quadratim dissectum est, ejusque partes in diversis locis palo affixæ exponebantur.

§. CCXLVI.

Coronatio Reginæ Poloniæ.

Cromer. l. 39 Eodem anno Februario vix ineunte Coronatio Sophiæ Polonorum Reginæ superbo apparatu celebrata est; Auxit solemnitatis splendorem Sigismundi Imperatoris præsentia, qui foedus cum Ladislao, Poloniæ Rege, & Erico Daniæ, Sueciæ ac Norvegiæ Regibus innovaverat, qui ultimus huic pompæ interesse voluit, Sigismundum imploraturus, ut pacis inter eum, & Slevicenses Duces conciliator esset. Aderant præterea Cardinalis Placentinus S. Sedis Legatus adversus Hussitas nominatus, Julianus Cæsarinus Cameræ Apostolicæ Auditor, & postmodum Cardinalis, multique alii Germaniæ, Hungariæ, Lituaniæ, ac Russiæ Principes. Absolutis Coronationis solemnibus